



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Heroldus Abbas de S. Burckhardo in Wirzburg, Berchtoldus Dux Merania, Comes Albertus de Pogen, Comes Fridericus de Abenberg, Comes Vricus de Perge, Comes Berchtoldus de Perga, Berchtoldus Burggravius de Henneperck, Comes Sifridus de Vechingen, Waltvinius de Steine, Berchtoldus de Liffeldorf, Rupertus de Vrac, Cuno de Menzenbergk, Sifridus Marscalcus de Hagenavv, Eberhardus Marscalcus de Anebos, & alij quaza plures. Acta sunt hæc, Anno incarnationis Dominicæ, M. C. XCIII. Indictione vndecima, Regnante Domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo Anno Regni eius vicefimo tertio, Imperij verò tertio, Datum apud Wirzburgk, XV. Calend. Iulij.

Nos autem præfati Abbatis, dilecti Principis nostri deuotis supplicationibus benigniter inclinati, attendentes quoq; deuotionem sincerã, quam idẽ Abbas habere dinoscitur erga nostrã celsitudinem Maiest. considerantes etiã, quòd exhibeamus obsequium Deo gratum, si Progenitorum nostrorum Diuorum August. memoriæ recolendæ, vestigia prosequentes, circa profectum prædicti Monast. tam liberaliter intendimus, quia libenter prædictum privilegium, sicut de verbo ad verbum superius scriptum est, iustissime innouari, & quæ continentur in eo prænominate Abbati, Successoribus suis & Monasterio sæpè dicto de innata benignitatis nostræ gratia, perpetuò confirmamus. Vt autem hæc nostræ confirmatio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præfens privilegium fieri & sigillo Maiestatis nostræ iustissime communiri. Huius rei Testes sunt, Berchtoldus Venerus, Patriarcha Aquilegiensis, Eberhardus Salisburgensis Archiepiscopus, L. Regimus Archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis Episcopus, Carolus Sedunensis Episcopus, Episcopus Tergestinus, Henricus Præpositus Patavienfis, Conradus Præpositus Indicensis, Leopoldus Illustris Austriae & Saria Dux, Otto Dux Merania & Palatinus Burgundia, Bernhardus Dux Carinthia, Rainaldus Dux Spoleti, Rapero Comes Palatinus & frater eius Comes Hainricus de Ortenberch, Vricus de Pecka, Aldemarus de Kuenting, Engelhardus & frater eius Fridericus de Adelechavv, Conradus de Hohenloe, Comes Romandiola, Albertus Rundessinde, Gotfridus de Salzburgeck, & alij quam plures. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis Millefimo, ducentesimo, trigesimo, Mense Aprili, tertiæ Indictionis, Imperante Domino nostro Friderico Dei gratia laudatissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Ierusalem & Sicilia Rege, Anno Imperij eius decimo, Regni Ierusalem quinto, Regni verò Siciliae tricesimo secundo feliciter. Amen. Datum apud Fogiam, Anno, Mense & Indictione præscriptis.

#### ADDITIONES.

**E**Vgenius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Conrado* Abbati Monasterij beati *Quirini* iuxta lacu *Tegernsee*, eiusq; fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam, p̄fessis in perpetuum. Commissæ nobis apostolicæ sedis nos hortatur auctoritas, vt locis & p̄sonis ipsius auxiliũ deuotione debita implorantib; tuitionis p̄sidiũ impendere debeamus. Quia sicut iniusta postulantib; null; tribuendus est effect; sic legitima & iusta desiderantiũ nulla est differenda petitio, p̄sertim eorũ, q; cũ honestate vitæ & laudabili morũ cõpõsitione gaudẽt omnipotẽti Domino deseruire. Ea, p̄pter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationib; benignũ impertientes assensũ, p̄fatu monasteriũ, q; vtiq; à nobilib; viris *Adalberto* & *Occario* germanis fratribus, Illustribusq; Comitibus in suo fundo

constructum est, & antiquis Romanorum Imperatorum priuilegiis *Pipini* videlicet, *Caroli* & *Ludouici* decoratum, in quo deniq; corpus beati *Quirini* à predecessore nostro sanctæ recordationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratum requiescere perhibetur sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio cõmunimus. Statuentes vt quascunq; possessiones, quacunq; bona idem Monasterium in presentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permancant. Præterea libertates siue immunitates ab Episcopis vel Regibus, siue etiam Principibus vestro Monasterio rationaliter concessas, & scripto firmatas vobis nihilominus confirmamus, & vt nullus eas infringere, & se in beneficiare audeat auctoritate apostolicâ prohibemus. In Parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, sacerdotes idoneos eligatis & Episcopo presentetis. Quibus si idonei fuerint, Episcopus cum Abbatis consensu curam animarum committat, vt eiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura Episcopo rationem reddant, vobis verò pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diocesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & ea gratis & absq; prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire Antistitem, qui nimirum nostrâ fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilij sanioris secundum Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum Cœnobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuerè aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptauerit, secundò tertioq; commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atq; in extemo examine districtè ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.



Ego *Eugenius* catholice Ecclesiæ  
Episcopus ff.



- ✠ Ego Hubaldus presbyter Cardinal. tit. S. Praxed. ff.
- ✠ Ego Manfredus presbyter Cardinal. tit. S. Sauina. ff.
- ✠ Ego Aribertus presbyter Cardinal. tit. S. Anastasia. ff.
- ✠ Ego Iordanus presbyter Cardinal. tit. S. Susanna. ff.
- ✠ Ego Otto Diac. Cardinal. S. Georgij ad velum aureum. ff.
- ✠ Ego Octavianus Diac. Cardinal. S. Nicolai in Carcere Tulli. ff.
- ✠ Ego Guido Diac. Cardinal. S. Mariæ in porticu. ff.
- ✠ Ego Ioannes Diac. Card. S. Sergij & Bachi. ff.
- ✠ Ego Rolandus Diac. Cardinal. S. Cosmæ & Domiani. ff.

Datum *Sigme* per manum Bosonis S. Romanae Ecclesiae scriptoris XI. Calend. Decembr. indictione XIV. Incarnationis Dominicæ. Anno M. C. L. Pontificatus verò Domini Eugenij Papæ. 3. Anno sexto.

### Confirmatio præcedentis priuilegij.

Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Ruperto Abbati Monasterij beati Quirini iuxta lacum *Tegernsee*, eiusq; fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Commissæ nobis apostolicæ sedis nos hortatur auctoritas, vt locis & personis ipsius auxiliū deuotione debita implorantib⁹ tuitionis p̄sidium impendere debeamus. Quia sicut iniusta postulantibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima & iusta desideratiū nulla est differenda petitio, præsertim eorum, qui cum honestate vite & laudabili morū compositione gaudent omnipotenti Deo deseruire. Ea propter dilecti in Domino filij vestris postulationibus benignum impertientes assensum, præ fatum Monasterium, quod vtiq; à nobilibus viris *Adalberto & Occario* germanis fratribus Illustribusq; Comitibus in suo fundo constructum est, & antiquis Romanorum Imperatorū priuilegiis *Pippini*, videlicet *Caroli & Ludouici* decoratum, in quo denique corpus B. *Quirini* à prædecessore nostro sanctæ recordationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratura requiescere perhibetur sub B. *Petri* & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus statuen. vt quasunque possessiones, quasunque bona idem Monasterium in presentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. Præterea libertates siue immunitates ab Episcopis vel Regibus siue etiam Principibus vestro Monasterio rationabiliter concessas & scripto firmatas vobis nihilominus confirmamus, & vt nullus eas infringere seu inbeneficiare audeat, auctoritate apostolica prohibemus. Interdicimus insuper ne liceat Diocesano Episcopo Ecclesias ad vestrum Monasterium pertinentes aliquibus sine vestra voluntate conferre, sed fas vobis si ad Ecclesias ipsas vacantes presbyteros eidem Episcopo presentare, quibus si idonei fuerint Episcopus curam animarum committat, ita quidem, vt ei de plebis cura respondeant, vobis autem de temporalibus debitam subiectionem impendant. Nihilominus etiam arcius interdicimus, ne cui Episcopo vel alij Ecclesiasticæ personæ vos vel monasterium vestrum sine manifesta & rationabili causa excommunicationi vel interdicto subiacere liceat. Sed cum generale interdictū terræ fuerit, fas vobis sit clausis januis exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis sub pressa voce diuina officia celebrare. Christmas verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipiatis Ep̄o,

si qui-

siquidem Catholicus fuerit, & ea gratis & absq; prauitate symoniaca exhibere vobis voluerit, alioquin liceat vobis Catholicis quem malueritis adire Antistite, quinimirum nostra fultus autoritate quod postulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia præponatur, nisi quem fratres comuni consensu, vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorē & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, aut aliquibus vexationib. fatigare, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ autoritate & dyocesanij Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundò tertio uè commonita, si non satisfactioe congrua emendauerit potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore ac sanguine Dei & Domini nostri redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.



Ego *Alexander* catholicæ Ecclesiæ Episcopus. ff.  
Ego *Hubaldus* Hostiensis Episcopus. ff.



- ✠ Ego *Ioan.* presb. Card. S. *Ioan. p. tr. pinach.* ff.
- ✠ Ego *Ioann.* presb. Card. tr. S. *Anastasia.* ff.
- ✠ Ego *Ioan.* presb. tr. S. *Marci.* ff.
- ✠ Ego *Theodorus* presb. Card. S. *Vitalis* tr. *Vestina.* ff.
- ✠ Ego *Petrus* presb. Card. tr. S. *Sufanna.* ff.
- ✠ Ego *Hugo* presb. Card. tr. S. *Clementis.* ff.
- ✠ Ego *Iaco.* S. *Mariæ, in Cosmedin* Diac. Card. ff.
- ✠ Ego *Ardico* Diac. Card. S. *Theodori.* ff.
- ✠ Ego *Ramerius* Diac. Card. S. *Georgij ad velum aureum.* ff.
- ✠ Ego *Matthæus* S. *Mariæ nouæ* Diac. Card. ff.
- ✠ Ego *Ramerius* Diac. Card. S. *Adriani.* ff.

Datum *Lateran* per manum *Alberti* presbyteri Card. & Cancellarij *IV. Idus Martij*, Indictione *XII.* Incarnationis *Dominicæ* an. *M. C. LXXVIII.* Pontificatus verò *Dñi Alexandri Papæ III.* an. *XX.*

### Confirmatio prædictorum II. priuilegiorum.

**V**RBANVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis *Ruperto* Abbati *Monast. S. Quirini* iuxta lacum *Tegernsee* eiusq; fratribus tam præsentibus quam futuris

turis regularem vitam professis inperpetuum. Religiosam vitã eligentib, apostolicum conuenit adesse præsidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurfus aut eos à proposito reuocet, aut robur quod absit sacra religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationib, clementer annuimus, & præfatum Monasterium S. *Quirini* quod à nobilibus viris *Adalberto* & *Occario* germanis fratribus Illustribus Comitibus in suo fundo constructum est & antiquis Romanorum Imperatorum priuilegiis *Pipini* & *Caroli* & *Ludouici* decorationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratum requiescere perhibetur. Ad exemplar scelicis recordationis *Alexandri* Papæ prædecessoris nostri sub beati *Petri* & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communitimus. In primis siquidem statuen, vt ordo Monasticus qui secundum Deum, & beati *Benedicti* regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea quascunque Possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, Cellam B. *Martini* qua *Dietranszell* dicitur, Ecclesiam *Gmunden*, *Egern*, *VVachergen*, *Reichenspejern*, *Wangen*, *VValde*, *Hardpenningen*, *Holzkirchen* *Piefenkham*, *Biburg*, *Hadlachingen*, *Harde*, *Imspach*, *Chemmäten*, *Minichen*, *Chundevve*, *Phrumpach*, *VVatterstettin*, *VValchstat*, *Ilchingen*, *Vnholzingen*, *Chelnpach*, *Finsingen*, cum fundis & adiacentibus prædiis & plebe. Libertates præterea seu immunitates ab Archiepiscopis, Episcopis siue Regibus atque Principibus Monasterio vestro concessas rationabiliter & scripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus, & ne vllus eas infringere seu in beneficiare audeat auctoritate apostolica prohibemus. Interdicimus insuper ne liceat alicui Archiepiscopo vel Episcopo Ecclesias ad vestrum Monasterium pertinentes aliquibus sine vestra voluntate conferre, sed fas vobis sit ad Ecclesias ipsas vacantes Presbyteros Episcopis prætertare, quib, si idonei fuerint Episcopi curam animarum sine prauitate committant. Salua constitutione *Lateranen*, concilij, ita quidem vt eis de spiritualibus, vobis verò de temporalib, debeant respondere. Nihilominus etiam interdicimus ne cui Archiepiscopo seu Episcopo, vel alij Ecclesiastica personæ vos vel Monast. vestrũ absq; manifesta & rationabili causâ excommunicationi vel interdicto subicere liceat. Cum autem generale interdictũ terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis nõ pulsatis cãpanis, sub pressa voce diuina officia celebrare. *Christmaverò*, oleũ sanctum, consecrationes altariũ seu basilicarum, ordinationes Monachorum siue clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diocesano suscipiatis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apostolicæ sedis habuerit, & ea vobis gratis & absque prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis catholicum adire Antistitẽ, qui nimirum nostra sultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Præterea volentes te fili Abbas Ecclesiam tuam speciali priuilegio decorare, ad exemplar iam dicti prædecessoris nostri, tibi tuisque successoribus vsũ mitræ & annuli in præcipuis solennitatibus infra missarum solennia & in processionibus Ecclesiæ tuæ, nec non etiam in concilijs Episcoporum de consuetâ clementia & benignitate apostolicæ sedis concedimus, quatenus ex hoc beato

*Petra*

Petro & nobis tenearis deuotior permanere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu uolentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilij sanioris secundum Deum & B. Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfati cœnobium temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationib. fatigare. Sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt rursus omnimodis profutura, salua sedis apostolicæ autoritate & dyocessani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè uenire temptauerit, secundò tertioque commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.



Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ  
Eps. ff.



- ✠ Ego Henricus Albanensis Episcopus ff.
- ✠ Ego Tebandus Hostien. & Veloren. Episcopus ff.
- ✠ Ego Ioann. presb. Card. et. S. Marci ff.
- ✠ Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ transtibr. et. Calixti ff.
- ✠ Ego Pandulfus presb. Card. et. XII. Apostolorum. ff.
- ✠ Ego Albinus presb. Card. et. S. Crucis in Hyerus. ff.
- ✠ Ego Melior presb. Card. S. Ioann. & Paul. et. Paghia ff.
- ✠ Ego Gratianus S. Cosmæ & Damiani Diac. Card. ff.
- ✠ Ego Sofredus S. Mariæ in uia lata Diac. Card. ff.
- ✠ Ego Petrus S. Nicolai in carcere Tulli. Diac. Card. ff.
- ✠ Ego Rudolphus S. Georgij ad uelum aur. Diac. Card. ff.

Datum Veron per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri Card.  
& Cancellarij III. Non. Aprilis indictione 4. Incarnationis Dominicæ an. M. C.  
LXXXVI. Pontificatus uero Dñi Urbani Papæ III. anno 2.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina fauente  
clementia Rex. Si Ecclesiis Dei eiusque famulantibus aliquid boni uel com-  
moditatis impendere curauerimus, nobis hic & in futuro maximè proficere  
procul dubio speramus. Quapropter omnium Christi fidelium nouerit uni-  
uersitas qualiter nos diuina inspiratione compuncti, nec non pro remedio  
animæ nostræ parentumque nostrorum Ottonis scilicet senioris nostri tertij  
Impe;

Imperatoris Augusti ac aliorum siue Chunegundæ conſeſſalis noſtræ Monaſterio in loco *Tegernſe* conſtructo atque in honore S. *Quirini* Martyris dedicato quondam Cortem *Wargau* dictam, quam *Pilgrinus* Comes hæcenus in beneficium habuit, quæ etiam eidem Monaſterio antea dotaliter pertinuit cum omnibus eius appendiciis ſiue pertinentiis arcis, ædificiis, campis, pratis, pascuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, cultis vel incultis, quæſitis aut inquitendis, viis & inuis, exitibus vel redditibus, ſeu cum cunctis quæ quolibet modo dici vel ſcribi poſſunt utilitatibus per hæc noſtram præceptalem paginam, concedimus atque largimur & integre in eius ius & dominium transfundimus. Eapropter ratione vt præſcripti Monaſterij Abbates de iam dicta corte eiusque pertinentiis dehinc liberam habeant poteſtatem quidquid eis ad utilitatem, tamen eiſdem Eccleſiæ placuerit faciendi omnium hominũ contraditione remota. Si quis autem quod abſit hæc noſtræ donationis auctoritatem inſregerit vel moleſtauerit, anathemali percuffione in perpetuum ferietur. Insuper verò omnes eiſdem Monaſterij res mobiles aut immobiles confirmamus atque corroboramus, & ſub noſtræ deſenſionis mundiburdio firmiter recipimus. Et vt hæc noſtræ donationis ſiue confirmationis atque deſenſionis auctoritas ſtabilis & inconuulſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Signum Domini *Heinrici* Regis inuiſſimi.



*Guntherius* Cancell. vice *Willigisi* ArchicæPELLANI recognoui, Data XI. Cal. Jun. Indic. VII. An. Dominicæ Incarnationis M. IX. Anno verò Domini *Heinrici* 2. regnant. VII. Actum Ratiſponæ feliciter. Amen.

**I**N nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Conradus* diuina fauente clementia. Rex. Si Eccleſiis Dei eiſque ſamulantibus aliquid boni vel commoditatis impendere curauerimus, nobis hic & in futuro maximè proficere procul dubio ſperamus. Quapropter omnium Chriſti noſtrique fidelium nouerit vniuerſitas, qualiter nos per interuentum *Engilgeri* Abbatis Cortem *Wargau* dictam, quam antecelſor noſter *Heinricus* Imperator videlicet *Augustus* pro remedio animæ ſuæ nec non *Chunegundæ* conſeſſalis ſuæ parentumque ſuorũ ad Monaſterium in loco *Tegernſe* conſtructum atque in honore S. *Quirini* Martyris dedicatum regaliter dedit, nos etiam regaliter eandem eidem Eccleſiæ cum omnibus eius appendiciis arcis, ædificiis, campis, pratis, pascuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, cultis & incultis, quæſitis aut quærendis, viis, inuis, exitibus & redditibus, ſeu cum cunctis vtensilibus quæ quoquo modo ſcribi vel nominari poſſunt, affirmamus ea videlicet ratione vt prædicti Monaſterij Abbates de iam dicta corte eiſque pertinentiis dehinc liberam habeant



beant potestatem quodlibet vitale faciendi sine alicuius contradictione. Si quis autem quod absit hanc nostræ reconfirmationis auctoritatem infregerit, anathemate percutiatur. Insuper omnes eiusdem Monasterij res mobiles aut immobiles confirmamus, & sub nostro mundiburdio firmiter recipimus. Et ut nostræ confirmationis auctoritas stabilis & inconuulsa omni permaneat æuo, hoc præceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum Domini *Conradi* secundi Regis Inuictissimi.



*Wlabicus* Cancellarius vice *Aribonis* Archicapellani recognoui. Datum 2. Non. Maij. Iudictione VIII. ann. Dominicæ Incarnationis Millesimo vigesimo quinto, Anno verò Domini *Conradi* secundi regnantis. Actum Megelendorff.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Friedericus* diuina fauente clementia Rom. Imperator & semper Augustus. Conuenire videtur ad æternæ salutis remedium ut Ecclesiasticas personas ac religiosa loca imperiali tuitione manuteneamus, & defendamus, ut in suis rationibus atque libertatis honore summa diligentia conseruentur, quatenus per hoc laudabile studium & imperialis dignitas salute perfruatur, & diuinæ gratiæ largitate sublimetur in perpetuum. Compertum habemus nobilium & fidelium nostrorum relatione, & priuilegiorum attestatione, quod duo Comites *Adalbertus* & *Occarius* regali exortu profapia, quoddam nobile Monasterium *Tegernse* dictum copiosis expensis arbitrio & coniuuentia magnorum Regum *Pippini*, *Caroli*, *Ludouici*, *Carolomanni* regalem atque principalem Abbatiam in pago *Bauariæ* quod *Sundergau* dicitur laudabiliter fundauerunt, ibique trium Martyrum *Quirini*, *Chrisogoni*, *Castorij* corpora venerabiliter collocauerunt. Qui resignatis terrenis dignitatibus simul & militari baltheo post graues huiusmodi labores immutato habitu cunctorum tradito patrimonio. Vnus è duob. fratrib. *Adalbertus* nomine in eodẽ loco centum quinquaginta Monachorum præmordialis extitit Abbas. Cumq; in eadem Ecclesia à primæ foundationis tempore Monachialis ordinis disciplina per dies multos plurimũ profecisset, ab *Arnoldo* Duce *Noricorũ* affectante eo Imperiũ & discordante cum Rege *Heinrico* primo redbitus despoliarũ & pene vniuersa quibus ditata & dotata fuerat per beneficiũ transferunt in vsus laicorum in hac discordia sibi famulantium. his malis imminentibus, & temporalibus stipendiis deficientibus, defecit utiq; diuini seruitij cultus & dispersis personis quæ ad militandũ Deo ibidẽ collectæ erant, laici claustrũ & officinas Monachorum cũ vxoribus inhabitare ceperunt, quorũ porci & canes sacra loca sordabant. Et cum multæ nefariæ res inualescerent, Monasterium & oĩa eius ædificia cum libris & ecclesiastico cultu cœlesti vindicta igne concremantur. Progressu

sem.

temporis Imperator *Otto* secundus interuentu nepotis sui *Ottonis* Ducis *Ba-  
varum* & *Sueuorum* aliorumque Illustrum virorum Imperiali miseratione in-  
tendens prolapso Monasterio succurrere, eiquendam *Haradvicum* nomine  
præfexit Abbatem, quem etiam cum loco illi commisso in mundiburdium sue  
defensionis suscipiens, sibi & omnibus huic Monasterio succedentibus Abba-  
tibus sub regia & imperatoria tuitione subsistere sua auctoritate concessit, & ut  
ipse præfatus Abbas suiq; successores sub regia & imperiali defensione regimen  
ipsius Ecclesiæ de cætero possideant, nihilominus indulgit. Cuncta quoque ad  
præfatum cœnobiū pertinentia, vel quæ in futuro munificentia Regum & Im-  
peratorum, largitione Pontificum, oblatione fidelium adipisci poterit, tam  
quæ sitis, quam inquæ sitis, in pratis & alpinis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue  
decursibus, venationibus, piscationibus, molendinis, viis & inuis cum decima-  
tione totius Abbatia & præsentis ac futura sylvarum extirpatione sub Abbatis  
eiusdem loci potestate absque omnium personarum contradictione pæren-  
niter esse constituit. Intuper etiam Monachis tam futuris quam præsentibus li-  
beram facultatem eligendi Abbatem, de maiestatis sui imperio concessit. Et  
vbicunque eorum naues siue carri vel saumarij aduenerint, absque theolo-  
nei transiant exactione. Nos igitur intuitu diuinæ gratiæ prædictorum Impera-  
torum vestigia sequentes, cuncta quæ illi statuerunt, & nos eadem imperiali au-  
toritate approbamus, ecclesiam quoque & basilicas in suis dotibus erectas sin-  
gulariter exprimentes, cellam siquidem *S. Martini*, quod *Dietrami* dicitur cella,  
quam de præfato Cœnobio fundatam & ditatam esse cognouimus. Ecclesias  
*Gmunden*, *Egern*, *Wacheringen*, *Reichenspeyrn*, *VVarngau*, *VValde*, *Holzkirchen*, *Pie-  
senkham*, *Sächsenskam*, *Piburg*, *Hadlachen*, *Harde*, *Impsach*, *Chemmaten*, *Miniben*, *Chu-  
huno*, *Phrunpach*, *Vatterstettin*, *Walchstet*, *Jochingen*, *Vnholzingen*, celle *Sternberg*  
Basilicas *Ablica* in *Finsingen*, ad *S. Leonardum* cum fundis & prædiis adiacentibus  
& plebe. Confirmamus etiam huic Monasterio imperiali auctoritate hæc præ-  
dia in *Leoben*, in *VVachau*, in *Creuspsach*, in *Australimonaco*, in *VVarngau*, in *Ott-  
singen*, in *Hachingen*, in *Biburch*, in *Impsach*, in *Finsingen*, in *VVaholzingen*, in *Ahrain*,  
præterea quæcunque generantur in humo vel quæ latent sub terra, siue sint  
venæ salis vel ferri, vel argenti, vel cuiuslibet metalli cum earundem rerum  
decimis eidem loco concedimus & corroboramus. Et quia redditus de quibus  
Imperio seruire tenebantur, per *Arnoldū* Ducem *Bauaria* sunt ablati, neq; nobis  
neq; alicui successorum nostrorum Regum aut Imperat. aliquod seruitium ab  
eodē cœnobio conferre sancimus, ut hi qui omnipotenti Deo militaturi ibidē  
collecti fuerint abundantiori studio valeant Deo seruire. Nouerit ergo vniuer-  
sitas fidelium, iam prædictum locum sic in nostram & omnium successorum  
nostrorum protectionem suscipimus, ut sit regalis Abbatia omnimoda liber-  
tate sublimata, & ab omni subiectiois obligatione libera, ut nullus Episcopo-  
rum vel Archiepiscoporum vel Ducum vel Marchionum vel Comitum, aut  
aliqua omnino persona præsumat hanc molestare aut iuris sui statum minue-  
re. Si Dux *Bauaria* Dei compunctus amore vel Abbatis & fratrum placatus ob-  
sequio aliquos redditus de antiquitus per Ducem *Arnoldum* Abbatis redditibus  
Monasterio restituere voluerit, nostro permisso & beneuolentia fieri concedi-  
mus & stabilimus, ut Dux ille in ducatum succedens vel aliquis successorum  
suorum, ea quæ per nos statuta sunt nullatenus possit infringere. Et quia nostris  
temporibus decorem atque reuerentiam eiusdem Ecclesiæ ex Aduocatorum  
importunitate & praua consuetudine valde imminutam esse vidimus, antiquā  
etiam pulchritudinem antecessorum nostrorum diligentia decenter ornata  
ineadem domo pene deletam inuenimus, antiquorum Regum & Imperato-  
rum.

rum. institutionibus honorem deferentes & iustis precibus *Ruperti* Abbatis eiusdem monasterij facilem aditum indulgentes quæcunque in eadem domo vitiosa consuetudo aut iniqua exactio ex aduocatorum violentia vel cæterorū hominum negligentia emeruisse videtur ex consensu *Heinrici* Comitis qui nunc in præsentiarum aduocatus est iudicio atque sententia Principum penitus inhibemus, ppecialiter oblationes panum & cæterarum rerum quæ in epiphania aduocato fiebant de cætero exigi & offerri prohibemus. Statuentes quoque vt Abbas absque omni respectu aduocati, Gastaldiones, officiales, villicos, mansionarios in locis necessariis provideat atque disponat, vectores ad vinum deportandum sicut voluerit exhibeat. Officiales Abbatis coci, pistores & reliqui quicunque in communitate Monasterij Abbati & fratribus ministrare consueuerint, si rixati fuerint coram aduocato nō cogatur inde rationem reddere, si vulneribus inuicem se læserint & legitimis quærimoniis euocati fuerint, aduocatus emendationem & vindictā saluo honore Abbatis imponat, Scultores & precones de cætero nullos instituat, ad quod officiū Abbas viros aptos quos voluerit provideat, ab his autem quos Gastaldiones & dispensatores Abbas instituerit aduocat⁹ nihil contra voluntatē Abbatis exigat. Porro exactiones frumenti siue aliarum rerum quas Aduocatus singulis annis à clericis eiusdem Monasterij à villicis à mansionariis facere consueuerat, de cætero fieri imperiali auctoritate interdiciamus. Ad hæc mandando præcipimus vt nullus deinceps Aduocatus ministerialibus eiusdem Ecclesiæ violentiam aut iniuriam audeat inferre, quod si attētauerit nostrā maiestatem is qui læsus est appellare non differat. Si quis ministerialium extra sui Monasterij collegium matrimonium contraxerit, eo obeunte omne patrimonium cum feudo ab eadem Ecclesia adquisito liberè & sine contradictione Monasterio succedat, nullo malo præueniente ad alienandum ingenio. Si quis Ministerialium Abbatirebellis extiterit & ab eius gratia decisus fuerit, coram aduocato si ab Abbate euocatus fuerit in *Wargau* in domo quæ dinchus dicitur respondeat. Si quis etiam Monasteria ium de feudo & beneficali iure impulsatus ab Abbate fuerit, nihilominus in eadem domo reddat rationem. Nullus quoque in eadem Ecclesia aduocatus hæreditario iure existat, sed Abbas communicato fratrum consilio, idoneum defensorem licenter eligat, qui postquam de iure & de rebus Ecclesiæ conseruandis per sacramentum certitudinem fecerit bannum à Rege vel Imperatore suscipiat, qui si postmodum sacramenti oblitus fuerit, & iura Ecclesiæ violare præsumpserit, & tam ipsos Monachos quàm eorum homines & possessiones, hospitationib. & indebitis placitis & exactionibus vexauerit, Abbas regia fultus auctoritate habeat plenam potestatem subrogādi sibi meliorem aduocatum & viliorem, De legitimis & annalibus ipsorum, Aduocatorum, placitis sic Principum, sententia, decreuimus sicut coram, Imperatore *Heinrico* quarto Imperatorum, diffinitum habemus. Statutum est ad placitum, cuiuslibet aduocati pertinentes, vt semel in anno, quando præceptum fuerit, omnes certis in locis conueniant, ibique in seruicium suum plus non exigant nisi duos modios tritici & duos porcos, tres cados vini, aut medonis, decem cados cereuisiæ, quinque modios auenæ in pabulum equorum XXX. vt autem, ea quæ ad vsus fratrum pertinent minus distrahantur, hæc subscripta in vsus Aduocatorum sunt deputata videlicet: satisfactio temeritatum, ita tamen vt si qua dispendia fratres in suis rebus patiuntur, primò eis sua restituantur, & tertia pars pannorum sit Aduocatorum, duæ sint Abbatis & fratrum. Wergelda Abbatis & fratrum sunt & mancipium, pro mancipio. Præterea si Prælati Ecclesiæ aliqua necessitate cogente damnū sibi

vel reb<sup>9</sup> suis illatū saluo ordine recuperare non valuerint ipsos aduocatos in lo-  
cū cōpetentem aduocent, vbi causas querimoniarū diligenter discutient, nihilq;  
ibi ab eis vel ab eorū colonis quasi sub iustitia exigant, sed cū charitate hoc q; eis  
impensum fuerit accipiant. Sanè fratrib. eiusdē Monasterij p̄sentib. atq; futuris  
imitatione antecessorū nostrorū imperatorū liberā facultatē eligendi Abbatem  
concedimus, electus inuestiturā à Rege vel Imperat. p̄ sceptrū accipiat, nihil ta-  
men dati Curia de iustitia exhibeat, eò q; p̄dia primæ foundationis vt p̄dictū est  
ad Regni augmentū p̄ Arnoldū distracta sunt, sed q; daturus est, p̄ suo ar. birtio &  
p̄ bona voluntate fiat, nec cogantur ire in exceptiones. Insuper q̄cunq; bona ad  
idē Cœnobiū pertinere videntur, siue futuris tēporib. iustis & rationabilib. modis  
peruenire poterunt, salua & illibata eidē p̄petuo iure p̄manere decernimus. Et ne  
quisquā hominū vniuersa hęc nefario ausu p̄sumat inuadere, occupare, minue-  
re vel quolibet modo alienare, cuncta sub nostræ maiestatis tuitionē suscipim<sup>9</sup>,  
& p̄sentis scripti priuilegio cōmunimus. Si quis autē cōtra hanc nostrā auctori-  
tatis paginā temerē venire p̄sumpserit, centū libras purissimi argenti. fisco no-  
stro p̄soluat & totidē supradicto Monasterio cōponat. Et vt hęc nostrā potesta-  
tis auctoritas firma futuris tēporib. & inconuulsa p̄maneat, p̄sentē paginā con-  
scribi & sigillū nostrū impressione iussim<sup>9</sup> insigniri, adhibitis testib. idoneis quo-  
rū nomina hic sunt. Conr. Patauiensis Ep̄s. Hertvicius Ratisp. Ep̄s. Conr. August.  
Ep̄s. Hartmannus Ep̄s. Brichiensis, Heinr. Bavaricæ & Sax. Welfo Dux. Conr. Dux  
de Dachau. Frider. filius Regis Conradi. Palatini Comites Otto & fratres eius de  
Witelspach. Heinr. Comes de Wolfrazhausen, Otto Comes de Vaiale. Gerhar-  
das Comes de Werthaim. Demhardus de Sevvelf. Heinr. de Stovve. Lazarus,  
Golvvinus, Egilolfus, Henricus, Perchtoldus de VVolfrazhausen, Rupertus de  
Reichenspeyrn, Albertus de Porthus & aliqui quam plures.

**N**  
**E**

Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris  
Augusti. Ego *Heinr.* regalis curiæ Cancellarius vice Domini  
Christiani Moguntini Archiepiscopi recognoui. Acta sunt  
hęc an. Dominicæ Incarnationis M. C. LXIII. Indiç.  
XI. Anno Regni eius nono. Imperij verò VII. Datum *Au-*  
*gustæ* feliciter. Amen.

*Confirmavit precedens Priuilegium Friderici Imp. filius eius*  
*Heinr. vi. Imp. nec non & huius fil. Friderici i. Nepos Frider. ii.*

**THIERHAUBTEN.**

**T**hierhaubten Monasteriū Ord. S. Benedicti infra Augustā Vindelicorū trib.  
miliaribus, non procul à Lico ad Riuum Achsitum, fundatum ac inchoatū  
in honorem SS. Petri & Pauli Apostolorū, à potentissimo Duce Bavaricæ Tesla-  
lono, an. Dñi. 750. quo ferè tempore idem Dux Welfespromen eiusdem ordinis  
Abbatiam, inter Amperam & Lycū fluuios crexit, auctum verè & locupletatum  
post primam incinerationē & quasi denuo reedificatum, ac secundariò funda-  
datum est à Lothario Imperatore, Ludouici Pij filio, an. Dñi 846. Iohan. Auent.  
lib. 4. Annalium fol. 378.

**T**ERTIO renouatum & auctū à Gebhardo Ratisp. Ep̄o, Comite Dieffensi &  
Hochenvvartensi secundum Ioan. Auent. in Annalib. suis, f. 508. non Witspacē.  
vt Bruschius in sua centuria opinatur &c. nec nō à fratre præd. Gebhardi Ep̄i Co-  
mite Rapothone fundatore Hochenvvartensis Monasterij ac Henia eius Con-  
ginge, quam Bruschius alibi Ducissam Austriæ, alibi verò, nempe in centuria sua,  
Comitissā Werdeæ vocat q; verosimili<sup>9</sup> est, an. 1022. Contulerūt autē huic Monast.  
& Witspacēses Comites, multa bona. Mattha<sup>9</sup> Marscalcus de Piberpach vicino  
castro, Can. Augustē. in libro suo de Calatinis, cap. 50. & 79. refert aliquas inscri-  
ptiones in hoc Monast. extates, de Palatin. Witspacē sib. & eorū traditionib. &c.

DOMI-